



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

X. Conculcatoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

elitigato valeas possidere, vel dominare, propterea hanc epistolam traditionis, vel deliberationis nostræ manu mea firmatam exinde tibi fieri, vel conscribere rogavi, vt de præsentis die de ipso manso, vel quicquid ad ipsum mansum aspicit, & ipsa mancipia superius denominata hoc habeas, teneas atque possideas.

X. *CONCVLCATVRIA QVAM
Abas facit ad hominem suum.*

EGO in Dei nomine, ac si peccator, venerabilis vir, ille Abas de monasterio sancto illo, quod est in pago illo constructum. Dum & omnibus non est incognitum, qualiter filius serui nostri nomine ille, quandam fœminam nostram nomine illam, beneingenuam, filiam illius quondam, cõtra voluntatem parentum ipsius fœminæ sociavit,

Bb iij

sibi ad coniugium: sed postea ipsis parentibus complacuit & nobis, vt talem epistolam conculcaturia manu nostra vel à fratribus nostris firmatam, ipsi foeminae fieri vel firmare rogaremus, vt de ipso seruitio, si agnatio inter ipsos apparuerit, in seruitio publico nunquam sint coinquinati, sed sub integra ingenuitate dies eorum debeant perseuerare. Et precor atque suplico ad successores nostros, vel ad Deum timētes homines, vt benefacta nostra iubeant conseruari, qualiter ipsi velent, vt in postmodum eorum facta debeant esse stabilia; Et per malorum hominum infestationem, multam in ipsa epistola conculcaturia fieri vel conscribere rogauimus, vt si fuerit, quod Deus non permittat, extranea pars, quæ hæc facta nostra infringere voluerit, imprimis iram Dei, & sancti illius incurrat, & ob

hoc fol. C. partibus ipsius cui hæc facta est multæ componat, & quod repetit vindicare non valeat.

XI. DONATIO QUAM HOMO facit ad filium suum.

EGo in Dei nomine ille. Constat me in amore Domini nostri Iesu Christi, vt veniam delictis meis consequi mereamur, donasse, & dono donatumque esse volo ad dulcissimum filium meum nomine illum, peciam de terra arabili, in loco qui dicitur ille, qui est in pago illo, per locos designatos vel circuitus: in ea ratione vt post hunc diem iam dictus filiulus meus, cui epistola donationis ista legibus facta fuit, ipsam terram habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam in omnibus Christo propitio, habeat potestatem. Et si quis, &c.

Bb iiij